12

I N N O M I N E D O M I N I AMEN

Hoc est statutum seu leges municipales comunis castri Oligni [illegible] Magnifice [illegible] Spectabilissimi [illegible] Jo. Christoforum civitatis Spoleti, [illegible] compositum et ordinatum [illegible] credentes ac discretos viros Jo. Christoforum Antonii et Michaelangelum [illegible] Joannis de dicto castro, ad dictum statutum [illegible] condendum [illegible] et ordinandum per dictum comune specialiter electos et deputatos, ad laudem et reverentiam omnipotentis dei, [illegible] atque gloriose [illegible] Marie eius matris, Beatorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum, Beatorum sanctorum Salvatoris [illegible] Georgii advocatorum et protectorum dicti castri, et aliorum sanctorum et sanctarum dei, [illegible] Ad honorem, statum, et magnificentiam sacrosancte Romane ecclesie, Ad honorem [illegible] statum magnificentiam, augumentum, quietem, et tranquillitatem magnifice ac Prestantissime [illegible] ad honorem quietum statum, pacificum et tranquillum comunis, hominum, et personarum dicti castri Oligni, Potestatis Vicarii aliorumque officialium dicti castri. Initium sumens [illegible] septembris [illegible] Millesimo quingentesimo vigesimonono, indictione secunda, tempore [illegible] sanctissimi [illegible] patris et domini nostri domini Clementis divina providentia [illegible] duraturum, Ad quod statutum et secundum eius formam [illegible] Potestas, Vicarius aliique officiales dicti comunis, regere, ius reddere, gubernare, et ministrare eorum officia penitus teneantur durante tempore eorum officii, et si secus fecerint, vel aliquis ipsorum fecerit non valeat ullo modo. Scriptum et publicatum per me Fabium Spineum notarium infrascriptum

De forma Juramenti Potestatis Vicarii et aliorum officialium : C. I

Nos Joanchristoforus Antonii et Micchelangelus Joannis statutarii supradicti, vigore arbitrii et auctoritatis nobis in hac parte concesse per dictam comunitatem castri Oligni statuimus et ordinamus quod Potestas, Vicarius, et quilibet alius officialis comunis dicti castri teneantur et debeant iurare ad sancta dei evangelia tactis corporaliter scripturis, et iurando promittere, quilibet in suo officio suum officium bene legaliter, bona fide et sine fraude facere, gerere, et exercere, Iura, res et bona, atque bonas usantias dicti comunis iuxta posse manutenere defendere accrescere et non diminuere, immo defensare et conservare, et omnia et singula ad eorum officium pertinentia iuxta eorum posse facere et observare, et ius et iustitiam facere et reddere cuilibet coram eis, seu eorum altero petenti, tam civiliter, quam criminaliter secundum formam iuris, presentium statutorum, et reformationum hactenus per comune dicti castri fiendarum, dummodo contra libertatem ecclesiasticam et iura comunis Spoleti non faciant, et maxime manuteneant ac tueantur Iura ecclesiarum, ecclesiasticarum personarum, orfanorum Viduarum pupillorum et aliarum miserabilium personarum, remotis odio, amore, timore, Lucro

domino, prece precio omni alia humana gratia :./

De modo congregandi generalem arengam. C. ij

Quia ab omnibus comprobari debet quod omnes tagit, statuimus et ordinamus quod arenga nostri cois fiat et cohadunetur de mandato et deliberatione vicarij dicti comunis, ad uocem preconis dicti comunis uel alterius a dicto uicario commissionem habentis, quod bannimentum fieri possit eadem die qua dicta arenga congregatur, uel die precedenti. In qua quidem arenga esse debeant unus homo pro quolibet foculari dicti castri et non plures, exceptis familijs que non haberent homines masculos in dicto castro, et talis homo ad dictam arengam uenire debens sit maior quindecim annis, et non minor, et quod in dicta Arenga sufficiant due de tribus partibus fumantium dicti castri, ad minus unum hominem per foculare. In qua Arenga sic congregata uicarius dicti comunis qui pro tempore erit, surgat et proponat quicquid uult et sibi placet super una matria uel pluribus, pro ut sibi uidebitur expedire, qua preposita sic facta seu factis si quis ex hominibus dicte Arenghe uoluerit aliquid consulere, surgat pedes et consulat pro ut sibi uidebitur fore bonum, si uero plures et uarij essent consultores super eadem proposita, vicarius predictus petat a dicta Arenga et hominibus ipsius cuius consilium uoluerit preualere, et secundum declarationem ipsorum aut maioris partis ita pro obtento habeatur, ordinantes quod omnes et singule reformationes et ordinamenta atque deliberationes obtente in dicta Arenga per totum uel maiorem partem ipsius ualeant et teneant pro illo tempore quo fuerint limitate, et si limitate non essent ualeant et teneant tempore Vicarij preponentis, et plenam habeant roboris firmitatem si et in quantum non sint contra Jura ecclesiastica et cois Spoleti, et bonos mores, quam arengam congregari uolumus in ecclia cois dicti castri, si quis uero ad dictam arengam non iuerit soluat pro qualibet uice nomine pene duos solidos den. nisi esset absens a dicto castro, quo casu non teneatur ad penam :./

De modo eligendi Vicarium et massarios :./ C. iij

Electionem noui vicarij, trium massariorum siue consiliariorum, camerarij et Bayuli dicti comunis tali modo fieri uolumus. Videlicet quod quolibet anno de mense octobris in Arenga dicti comunis supradicto modo congregata Vicarius qui pro tempore erit mitti faciat in Vrna siue insula tot grana fabarum quot homines interuenerint in dicta Arenga, inter que sint tria grana fabarum nigrorum, quibus granis fabarum bene mistis Vicarius antedictus teneat dictam Vrnam, et bayulus dicti cois, uel alter cui uicarius predictus commiserit surgat pedes, et more solito incipiat dicere propinquiori

hominum sedenti a dextris dicti Vicarij numerando unus, duo tres, tunc ille tertius surgat et uadat
ad extrahendum unum granum dictarum fabarum, et sic successiue surgant singuli in dicta arenga
existentes et extrahant singuli singulas fabas, donec extracta fuerint illa tria grana nigra. Inter
quos surgentes vicarius et consiliarij qui tunc sunt in officio nullatenus computentur, Illi uero
quibus dicta grana nigra obuenerint habeant potestatem eligendi vicarium, tres consiliarios, unum
camerarium et unum Bayulum, iurando corporaliter tactis scripturis ad delationem Vicarij
qui pro tempore fuerit illos eligere qui eis idonei uidebuntur pro negocijs publicis tractandis,
Quorum Vicarij, Consiliariorum, Camerarij, et Bayuli sic electorum officium duret uno anno In
cipiendo in Kalendis Nouembris tunc proxime futuri, et ut sequitur feliciter continuando et
finiendo. Volentes quod predicti Vicarius, consiliarij, camerarius, et Bayulus non possint eligi
ad aliquod dictorum officiorum usque ad tres annos proxime sequentes post dictum elapsum
officium, Ad declarationem uero omnium in dicta arengha existentium, uolumus in dicta
Arenga per Vicarium nominari omnes qui fuerint in dictis officijs tribus annis tunc proxime
elapsis :· /

De auctoritate Vicarij et consiliariorum C iiij.

Officium vicarij et trium consiliariorum ut supra in precedenti capitulo electorum Spatio unius
anni durante uolumus et ordinamus. Qui uicarius et consiliarij durante tempore eorum officij auctoritate
presentis statuti, habeant auctoritatem, potestatem et arbitrium pro bono et utilitate nostri comunis
ad eorum petitionem Arengam et alios homines dicti comunis, illos et quot uoluerint et quotiens
congregare et cohaddunare, et etiam vicarius absque dictis consiliarijs prefatam habeat potestatem,
et in dicta Arenga, seu alia congregatione semel et pluries proponere quicquid uult et sibi pla
cet, possit etiam et ualeat mandata facere unicuique de dicto castro, semel tantum in die pro bono
et utilitate dicti comunis, cum additione pene usque in ·XX· sol· semper causa legitima prece
dente quam penam inobediens totiens incurrat quotiens contrafecerit, cum consensu uero
et deliberatione dictorum trium consiliariorum, aut maioris partis ipsorum usque in ·XX· sol·
penam imponere possit ut prefertur, ordinantes quod dictus vicarius durante dicto tempore de
pecunijs et here dicti comunis expendere possit et sibi liceat in seruitium dicti comunis
usque in quantitatem centum solidorum pro quolibet die, cum uoluntate uero dictorum con
siliariorum aut maioris partis ipsorum expendere liceat quolibet die durante dicto tempore

de pecunijs dicti comunis usq3 in quantitatem uiginti librarum denariorum, expense uero excedentes dictam summam uiginti librarum debeant deliberari in Arenga dicti comunis, Possit etiam dictus vicarius omnes et singulas citationes tam in ciuilibus, q3 in criminalibus causis committere, et omnes ciuiles et criminales causas cognoscere usq3 ad sententiam diffinitiuam, causas uero criminales non excedentes summam centum solidorum, et ciuiles causas non excedentes summam viginti librarum den per diffinitiuam sententiam ualeat terminare, executiones omnes et singulas quacunq3 de causa facere possit, et fieri facere et committere cum notario et sine notario prout sibi uidebitur expedire. Et omnes homines et personas qui deberent aliquid facere uel soluere in dicto comuni possit realiter et personaliter cogere, et cohactum detinere in platea seu domo cois dicti castri, donec satisfaciant ea ad que tenentur, et maxime circa exactionem collectarum quomodocunq3 impositarum :·

De officio Camerarij comunis C.v

Camerarius nostri comunis secundum formam presentis statuti electus teneatur et debeat durante tempore sui officij omnes et singulas pecuniarum quantitates que ad eius manus peruenerint scribi facere ad suum introitum in libro comunis manu notarij dicti comunis declarando quantitatem a quo seu quibus receperit et quibus de causis, et omnes et singulas collectas suo tempore impositas exigere a singulis soluentibus, ipsosq3 soluentes pro solutis signari facere in libro dictarum collectarum prout soluerint. Tempore uero quo aliqua collecta exigeretur idem camerarius se absentare non debeat a dicto castro sine licentia uicarij dicti comunis sub pena uiginti solidorum pro qualibet uice qua se sine licentia absentauerit, dummodo notarius dicti comunis stet in dicto castro pro suum officium exercendo, de qua absentatione et licentia stetur et credatur uerbo Vicarij qui pro tempore erit, & similiter teneatur quando staret potestas dicti castri pro suum officium exercendo. Teneatur etiam omnes et singulas quantitates quas expenderit in seruitium dicti comunis simili modo scribi facere ad suum exitum in libro predicto, dummodo q sibi non liceat expendere aliquid nisi de uoluntate et deliberatione Vicarij prout supra in proximo capitulo est expressum, et si aliter soluerit de suo proprio soluisse censeatur itaq3 in suo exitu minime computetur. Qui camerarius finito tempore sui officij de administratis per eum adrationatoribus dicti comunis ad hoc electis plenissima teneatur reddere rationem, cum prestatione corporalis iuramenti in manibus dictorum adrationatorum de assignando omnes quantitates pecuniarum et res quas habet de bonis dicti comunis, facta uero ratione & calculatione predicta per dictos arrationatores, ipse camerarius infra terminum sibi

prefixum per eos restituere teneatur cum effectu nouo Camerario dicti comunis omnes quantitates et res prout et sicut per dictos arrationatores fuerit declaratum ad penam per eos sibi imponendam que pena possit per eos imponi totiens quotiens eis uidebitur, donec satisfecerit ut dictum est, Si uero dictus camerarius plus expenderit qz receperit, id quod per dictos arrationatores declaratu fuerit recipere debere integrum dco camerario penitus restituatur, qui camerarius habeat pro suo salario XX sol den :·/

De modo eligendi Arrationatores & Sindicum comunis . C vj

Arrationatores officialium nostri comunis et etiam sindicus nostri cois taliter eligatur vz qd Vicarius dicti comunis infra octo dies post eius introitum in Arenga dicti comunis eligi faciat ut moris est duos homines, qui sint Arrationatores, et unum hominem, qui sit sindicus dicti comunis, Qui Arrationatores teneantur et debeant sindicare & arrationare vicarium consiliarios, notarium, camerarium et Bayulum qui fuerint in officio anno proxime elapso in dicto castro, cum potestate et arbitrio inquirendi et procedendi super gestis per dictos officiales et quemlib eorum, condemnandi, absoluendi, Iudicandi & declarandi, prout eis uidebitur fore iustum & secundum eorum declarationem & sententiam ita executioni mandetur, possint etiam & de facto sine aliquo processu eis liceat reinuenire iura & bona dicto coi spectantia, a quocumqz terrigena uel forensi, et exigere omnes quantitates, que in dicto coi solui deberet, omnes uero quantitates & res quas reinuenerint in manus Camerarij dicti cois faciant peruenire. Teneantur etiam dicti Arrationatores inuentarium fieri facere de rebus omnib quas dicto Camerario assignauerint, quod inuentarium in Camera dicti comunis uolumus remanere, et ad hoc ut dictum eorum officium uirilius exercere ualeant, eis & cuilib eorum liceat pro dco officio exercendo semel in die mandata facere unicuiqz semel tantum usqz in x· solidos quorum officium duret uno mense post eorum electionem, et habeant pro eorum salario xlta solidos den inter ambos, qui Arrationatores non possint eligi aliqui qui fuerint in officio anno proxime elapso :·/

De officio Bayuli comunis C vij

Baylus nostri comunis secundum formam presentis statuti electus teneatur & debeat

Potestati, vicario et notario, ac etiam arrationatoribus dicti comunis durante tempore eorum officij in omnibus et per omnia obedire, citationes omnes et singulas et banmmenta sibi commisso bene et legaliter facere et ferre, tam in civilibus quam in criminalibus causis, et generaliter omnia alia et singula faciat et exerceat, que secundum formam dictorum statutorum facere et dicere tenetur et debet, tam de consuetudine quam de iure ad officium Baylulatus pertinentia et spectantia. Qui Baylus se absentare a dicto castro non debeat, prout in capitulo camerarij latius continetur, et etiam durante tempore sui officij se absentare non debeat extra teritorium dicti castri per spatium plurius duorum dierum, sine licentia vicarij dicti comunis, qua licentia habita liceat sibi penitus absentare. In quibus si contrafecerit solvat qualibet vice et qualibet die .xx. sol., qui Baylus habeat auctoritatem pro suo officio exercendo semel tantum in die imponere penam unicuique usque in quantitatem duorum sol. den. :-/

~ De viarijs eligendis et eorum officio . C. viij.

Statuimus etiam et ordinamus quod vicarius et consiliarij nostri comunis infra octo dies post eorum introitum teneantur eligi facere in Arenga dicti comunis ut moris est, duos homines de dicto castro qui sint viarij sive viales pro uno anno incepto in Klendis novembris tunc proxime elapsi, qui viarij sic electi durante dicto anno sint terminatores, diffinitores, et superstites omnium et singularum viarum platearum, vicorum et cassorum comunis et spetialium personarum dicti castri intus et extra dictum castrum, in teritorio dicti castri et extra teritorium ubi tenent homines dicti castri et eas et quamlibet ipsarum ubi eis videbitur actari facere ad petitionem cuiuslibet petentis, et sine petitione per possidentes iuxta ipsas vias, plateas, cassa et vicos, et que pertinent comuni per ipsum comune, possint etiam et valeant auctoritate presentis statuti omnes et singulas causas et lites vertentes inter quoscumque occasione predictorum, seu alicuius ipsorum cognoscere et terminare sumarie et de plano, quorum et cuiusque ipsorum declarationi dari volumus plenam fidem, super quibus omnibus et singulis et dependentibus ab eisdem auctoritatem concedimus, et Baylo precipiendi et mandandi unicuique semel tantum in die usque in .x. sol. si eis aut alteri eorum videbitur, et de omnibus et singulis inobedientijs stetur et credatur simplici verbo utriusque ipsorum sine alia probatione :-/

~ De Notario eligendo et eius officio C. ix.

Cum non possit absque notario negocium et officium nostri comunis aliqualiter commode exerceri, volumus

q vicarius et consiliarij possint, et eis liceat eligere et nominare atqz conducere unum notarium idoneum et expertum cum et pro illo salario q eis videbitur et potuerint conuenire pro illo anno quo ipsi vicarius et consiliarij sunt in officio dicti comunis, ad acta mi cois et alias scripturas dicto comuni oportunas scribendum, et alia faciendum, gerendum et exercendum, que in suo officio occurrunt, tam per formam pntis statuti, qzetiam de consuetudine et de iure specialiter deputatum, que electio et conuentio sic facta ualeat et teneat ac si facta esset per totum nrum comune. Cui notario liceat sibi solui a specialibz personis dicti castri et aliunde de omnibz scripturis quas ad earum petitionem fecerit, secundum consuetudinem dicti castri :·/

De modo imponendi collas publicas C x.

Quotiens opus fuerit pro indigentijs comunis aliquam collam siue collectas imponere, uolumus q vicarius et consiliarij qui pro tempore erunt una cum decem hominibus de dicto castro per eos eligendis et congregandis dictam collectam siue collectas imponere et stantiare tam per libram, qz per foculare et bestias, prout et sicut eis aut maiori parti eorum videbitur et placebit possint et valeant, quo facto vicarius predictus ex sui comissione fieri faciat tria bannimenta in locis consuetis dicti castri cum illo termino qui dicto vicario videbitur pro quolibet bannimento q unusquisqz debeat soluisse collam sibi tangentem, declarando prout et sicut stantiatum est ad penam quarti pluris. Si quis uero collam sibi tangentem non soluerit camerario nostri cois in dictis terminis, teneatur ad solutionem dicte collecte et quarti pluris, quod quartum in calculo Camerarij pro illis qui illud soluerint scribi uolumus et mandamus. De quibus uero terminis elapsis stetur et credatur simplici uerbo vicarij predicti :·/

De assignatione Bestiarum C xj

Ad euitandam fraudem in assignatione bestiarum statuimus et ordinamus q eo tempore quo in nostro comuni aliqua collecta per bestias exigeretur, quilibz habens bestias in dicto castro et eius districtu proprias uel ad soccium teneatur cum iuramento ipas bestias assignare notio dicti cois tot quot habet declarando tot boues et tot bestias minutas, exceptis bestijs a salma et earum pullis, pro quibus nullus teneatur soluere collam, et assignare teneatur illas bestias quas habeat tempore primi bannimenti. Si quis uero dictas bestias non assignauerit soluat pro qualibet bestia non assignata x sol den et etiam collectas pro dictis bestijs non assignatis declaratos

q(uod) bestie bouine pro grossis bestiis computentur, alie uero bestie pro bestiys minutis :./

~ De officio et auctoritate Potestatis c xv

Potestas nostri castri qui pro tempore erit auctoritate presentis statuti habeat auctoritatem potestatem arbitrium et baliam omnes et singulas causas ciuiles et criminales secundum formam presentis statuti cognoscendi diffiniendi et terminandi mandata facere et penas imponere possit prout et sicut vicarius dicti castri facere et imponere potest in omnibus et singulis capitulis supra et infrascriptis :./

~ De Ciuilibus Iudiciis c xvj

Ciuilia Iudicia fiant modo et ordine infrascripto. Videlicet q(uod) actor faciat citare reum secundum formam presentis statuti per baylum nostri communis, uel eius substitutum super quantitatibus excedentibus summam uiginti librarum den(ariorum) aut rei uel eiusdem ualoris, talis ordo seruetur, videlicet q(uod) hora causarum comparente actore coram vicario et potestate seu altero ipsorum et dicto reo comparente et petente libellum, debeat dictus actor eidem reo petenti libellum offerre, cui reo petenti per curiam dicti castri detur terminus trium dierum ad accipiendum copiam dicti libelli et opponendum contra. quo termino elapso si nihil oppositum fuerit, procedatur ad positionem actoris super ipso libello ad litis contestationem, et iuramentum calumnie, Post que Curia det terminum utrique parti decem dierum peremptorie ad docendum et probandum de ipsarum iure, quibus decem diebus elapsis testes super ipsa causa recepti et examinati et eorum dicta et attestationes aperiantur et publicentur si petitum fuerit per aliquam dictarum partium cum apertura et publicatione totius dicti processus super ipsa causa facti, in qua publicatione Curia ipsis partibus assignet terminum decem dierum ad opponendum contra dictos testes eorumque dicta et attestationes, et allegandum et dicendum contra dictum processum. quo termino elapso concludatur in causa, et super ipsa causa feratur per Curiam diffinitiua sententia de consilio alicuius sapientis si partes committere uoluerint, expensis ipsarum partium, que partes dare debeant dicte Curie suspectos et confidatos si uoluerint, et deponant salarium pro consultore et nuntio, quibus sic peractis Curia dictam causam committat uni confidato sapienti, et secundum eius consilium datum per dictum sapientem

quod per diffinitiuam sententiam haberi uolumus ita executioni mandetur, Si uero dicte partes no
luerint dictam causam alicuius sapientis consilio committere, et Curia dicti castri uoluerit super ipsa causa
habere colloquium sapientis, precipiat ipsis partibus quod deponant salarium pro dicto colloquio habendo.
Sed si ipsa curia colloquium habere noluerit ferat sententiam super ipsa causa, prout sibi magis
uidebitur fore iustum, et executioni mandetur prout postulat ordo Juris. Super quantitatibus uero
a uiginti libris denariorum infra Curia dicti castri procedat summarie et de plano sine strepitu et
figura Judicij, prout ipse curie uidebitur esse iustum et congruum, iuxta posse semper ueritate inuenta.
Si quis autem citatus legitime fuerit et non comparuerit in termino citationis de eo facte coram cu
ria supradicta aut altera legitima persona pro eo actore comparente, et dicti rei non comparentis
contumaciam incusante, dicta Curia ad petitionem dicti actoris interloquendo pronuntiet reum
esse contumacem, et dictum actorem esse mittendum in tenutam de bonis dicti rei ualoris et
extimationis dupli quantitatis per dictum actorem coram ipsa curia cum Juramento corporali
petite. In qua petitione dictus actor debeat declarare quantitatem aut rem sibi debitam a dicto
Reo et causam, Qua pronuntia per curiam sic facta ipsa Curia committat baylo communis presenti
et intelligenti quatenus dictum actorem mittat in tenutam de bonis dicti rei secundum tenorem
pronuntie contra dictum reum late, et expensis legitime in dicta causa factis, Quam contumaciam
possit dictus reus purgare infra octo dies a die date et incusate contumacie ipsius, et etiam a die
capte tenute, dummodo quod ipse Reus legitime citari faciat ipsum actorem coram Curia dicti
castri, quo reo hora causarum in Judicio comparente, primo et ante omnia reficiat dicto actori
uel alteri recipienti pro eo omnes expensas per eum in dicta causa factas, quo facto predicta
tenuta ipsi Reo assignetur. qui reus debeat dicto actori stare Juri si ipse actor aliquid petierit
contra eum. Si uero dictus actor tenutam ut supra captam uoluerit recipere in pagamentum
talis ordo seruetur. Videlicet quod ipse actor faciat citare dictum Reum cuius est dicta tenuta
per Baylum communis una sola citatione personaliter, uel domi solite habitationis ipsius Rei
quatenus hora causarum sequenti die compareat coram curia ad recolligendum dictam tenutam,
In quo citationis termino si ipse reus dictam tenutam non recolligerit, dicta Curia ad petitionem
actoris committat Baylo communis quod faciat tria bannimenta in platea communis, et aliis locis solitis
banniri, cum termino duorum dierum pro quolibet bannimento quod quicumque uult emere dictam
tenutam, compareat in dictis terminis coram Curia, quoniam plus offerenti uendetur si quantitas

fuerit a xx sol supra, ab inde infra sufficiat solum unum bannimentum, ut supra dictum, et si
nullus comparuerit aut aliquis comparuerit, plus offerenti vendatur, si nullus, tunc curia ad pe
titionem actoris eligat duos extimatores idoneos ad dictam tenutam extimandam, qui iurent ad
sancta dei evangelia tactis scripturis dictam tenutam bene et diligenter et sine fraude extimare.
Si vero dissenserint dicti extimatores, eligatur per curiam quidam tertius. qui extimatores debeant
dictam tenutam dividere si commodam receperit divisionem, et dicto actori pro quantitate pe
tita et expensis legitimis portionem debitam assignare. Si autem non divisionem commode re
ciperet, illud plus quo extimata fuerit remaneat penes dictum reum, quarum expensarum taxatio
nem ipsi curie omnino committimus, que tenuta sic extimata, satisfacto prius reo de illo residuo,
aut ut supra divisa, si divisa fuerit sit dicti actoris ex secundo decreto, et ipse actor ipsius rei sic
extimate aut divise verus dominus efficiatur. Si vero dicta tenuta data seu capta fuerit de bonis
alterius quam dicti rei et petitum fuerit per dominum dictorum bonorum coram curia dictam tenutam
extromitti debere quod ipsa curia faciat ipsam tenutam extromittere inventa veritate quod dicta tenuta non
sit de bonis dicti rei. Si quis vero in iudicio confessus fuerit se aliquid debere dare seu facere alicui
petenti. Curia dicti castri, coram qua dicta confessio facta fuerit, precipiat dicto reo sic confesso
quatenus dicto actori satisfaciat cum effectu infra octo dies a die facti precepti, sub illa pena
et ad illam penam que sibi curie videbitur convenire si quantitas fuerit a decem libris supra,
sive fuerit a decem libris infra usque in quantitatem xl^{ta} sol, infra terminum sex dierum satisfacere
teneatur, a xl^{ta} sol infra satisfaciat infra duos dies in utroque casu sub pena imponenda arbitrio
Curie usque in xl^{ta} sol den. Et quia multotiens confessiones fiunt ad tempus subterfugium, dicte
malitie obviare volentes, cum notarius nostri comunis non sit assiduus in nostro castro volu
mus quod tempore facti precepti curia committat baiulo comunis quatenus elapso termino contento
in dicto mandato si dicto actori non fuerit satisfactum dictum actorem inducat in tenutam
dicti rei bonorum prout supra de contumacibus est expressum, et sic contra dictum reum
tamquam contra contumacem in omnibus et per omnia procedatur, Super debitis vero de quibus
publica instrumenta apparerent, talis ordo servetur. Videlicet quod curia coram qua productum
fuerit aliquod publicum instrumentum, statim producto dicto instrumento, viso et lecto, per dictam
curiam non casso, non viciato, non abraso, nec in aliqua parte sui viciato, ad petitionem pro
ducentis mandet illi contra quem productum fuerit ut satisfaciat in terminos superius de
claratos in totum vel in partem prout petitum fuerit per actorem. salvis dicto reo infrascriptis

exceptionibus opponendis et probandis infra dictum terminum sibi datum, videlicet nullitatis, falsitatis, solutionis et quietationis, vel alteram ipsarum. Si vero dictus reus non ostenderit se non teneri ut dictum est, et dicto actori non satisfecerit, procedatur contra dictum reum tamquam contra contumacem, immo tamquam contra confessum. Terminos autem supra declaratos considerata absentia nostri notarij, vicarius dicti comunis possit et valeat prorogare semel et pluries, prout videbitur sibi expedire. Si qua vero civilis causa sive questio acciderit inter aliquos coniunctos usque in tertium gradum inclusive consanguinitatis vel affinitatis, compromittatur in unum vel plures de iure et de facto, alte et basse, prout dictis Arbitratoribus videbitur et placebit, qui homines sic positi et electi debeant dictas causas eis commissas in termino eis statuto diffinire, sub penis in dictis mandatis contentis, quas de facto solvant, et dictas causas diffinire et terminare teneantur. :· / No: Compromissum inter coniunctos.

De partito iuramenti in civilibus causis C. xiiij

Partitum possit una pars alteri facere civiliter agendo super quacumque quantitate, sive re prout ipsi facienti placuerit iuste tamen faciendo, ad quod partitum pars cui factum fuerit capere teneatur vel parti facienti referre statim facto tali partito, si quantitas petita vel res fuerit a xl^ta sol infra; si vero quantitas fuerit a xl^ta sol supra infra duos dies capere teneatur iurando vel referendo, et prout iuratum fuerit ita per curiam procedatur. Si qua vero pars iurare noluerit que tenetur, habeatur pro confessa de contentis in dicto partito, et contra eum tamquam contra confessum procedatur. Et similiter si quid iuratum fuerit pro confesso haberi volumus. Salvo quod pars contra quam aliquid iuratum fuerit possit dictum iuramentum reprobare idonee infra octo dies a die facti iuramenti, et si reprobatum fuerit aliquod iuramentum in civilibus causis factum, iurans condemnetur per curiam in centum sol den sine aliquo alio processu, ad quam condemnationem faciendam sufficiat dicta reprobatio legitime facta; Addentes quod partita super quantitatibus excedentibus summam decem librarum den dentur in scriptis si petitum fuerit a parte

Exceptis casibus in quibus ex dispositione iuris non cogitur aliquis iurare nec referre

De petentibus debitum solutum C. xv

Debitum solutum si quis alicui in iudicio petierit, duplum eius quod petierit pene nomine

soluere teneatur, ad cuius solutionis probationem sufficiat dictum unius testis idonei
de visu, si quantitas fuerit a xl.ta sol. infra cum iuramento dicam partis dictam petitione
probare volentis, ab inde supra stetur legitime probationi :./

~ De citationibus in ciuilib(us) causis C. xvj

Citationes omnes et singule in ciuilib(us) causis infrascripto modo fieri debeant, videlicet q(uod) Bay(ulus)
nostri comunis aut eius substitutus ad petitionem cuiuslib(et) petentis teneatur et debeat citare
omnes et singulas personas, prout per aliquem sibi dictum aut petitum fuerit una die pro
altera sequenti hora causarum responsurum de iure suo actori super petendis per eum,
que citationes sic facte ualeant absq(ue) alia comissione in causis tantum non excedentib(us) sumam
decem librarum den., in causis uero excedentib(us) dictam sumam citationes fieri debeant ex con
missione vicarij, ad hoc ut dictus vicarius presciat dictam litem, et possit se interponere dicte
liti antequam ueniat in iudicium. de qua comissione stetur relationi bayuli et verbo vicarij con
mittentis, volentes q(uod) in principio litis quilib(et) citetur semel personaliter uel bis domi sue solite
habitationis, qui bayulus habeat pro suo labore pro qualib(et) citatione duos den. ab illo ad cuius
citationem aliquem citauerit, et quia qui citatur ut compareat, uolumus q(uod) hora causarum stante
curia ad ius reddendum si quis contra aliquem coram dicta curia personaliter stantem aliquid
petere uoluerit, dictus talis contra quem agetur respondere teneatur dicto actori ac si personaliter
ut supradictum est citatus fuisset, et sic contra eum ad petitionem actoris per Curiam procedatur,
Forenses uero pro qualibet quantitate sine re citari uolumus ex comissione vicarij in Platea co(mun)is
alta uoce duab(us) citationib(us), cum termino duorum dierum pro qualib(et) citatione, De quib(us) comissionib(us)
et citationib(us) stetur uerbo vicarij et relationi Bayuli, de quib(us) fiat mentio in relatione citationis,
et similem modum obseruari uolumus in citationib(us) fiendis contra heredes prout supra de forensib(us)
est expressum. hoc addito q(uod) qualib(et) uice dicti heredes citati fuerunt, eorum contumacia debeat in
cusari, quib(us) incusatis ex comissione vicarij nostri comunis fiant duo bannimenta in platea co(mun)is
et alijs locis in quib(us) solitum est banniri. hoc modo q(uod) quicumq(ue) uult esse heres talis, nominando
illum siue illos cuius heredes citati fuerint, aut defendere bona dicte hereditatis compareat
infra duos dies coram Curia ad respondendum de iure tali, nominando dictum actorem, quib(us)
bannimentis sic factis et relatis. et elapsis dieb(us) terminis in eis contentis si nemo comparuerit,

hoc d. forensib(us) cassu intelligatur

+

hoc d. heredib(us) intelligatur solum qn no(n) co(n)stet ad q(uo)s spectet [illegible] dibus d[illegible] iuris p(re)sumptio[n]i

pro dictis heredibus, siue hereditate defendenda, pronuntientur dicti heredes esse in culpa contumaces, et contra eos tamquam contra contumacem procedatur ad petitionem actoris. Si vero aliquis comparuerit heredum, aut hereditatem defensurus, obliget se principaliter dicto actori cum promissione et fideiussore ydoneo de iuri stando iudicio sisti et iudicatum solvendo :./

De sumarie ius reddendo ecclesiasticis personis et forensibus C. XVII.

Ecclesiis et ecclesiasticis personis ac etiam forensibus favere volentes, statuimus et ordinamus quod per curiam nostri castri in litibus ecclesiarum, ecclesiasticarum personarum et forensium, ipsis agentibus, seu altero ipsorum in quibuslibet causis fiat, et fieri et ministrari debeat ius sumarium et expeditum, summarie et de facto cognoscens sine strepitu et figura iudicii :./

De diebus sanctis et festis custodiendis C. XVIII.

Cum dies sanctus dominicalis a domino Deo sit custodiri mandatus, et sit ab hominibus celebrandus et custodiendus, secundo presenti lege firmamus quod ab omnibus hominibus et personis nostri castri, et habitatoribus eiusdem ab omni manuali exercicio custodiatur ad penam viginti solidorum, quos de facto delinquens solvere teneatur, et etiam dominus cuiuslibet bestie salmam ferentis, excepto quod in bestiis cum basto sive sella et sine liceat equitare, et similiter dicimus de die sancto nativitatis domini nostri Iesu Christi, excipimus quod liceat macellare carnes, et vendere carnes, vinum et pisces, et etiam mensurare et ponderare omnes res dando sive vendendo ea forensibus, et olera et caules de orto colligere liceat unicuique de orto suo. Liceat tamen vicario et potestati et ipsorum cuilibet concedere licentiam omnibus diebus festivis in presenti statuto contentis. Festivitates infrascriptas ad laudem dei et sanctorum suorum custodiri volentes statuimus et ordinamus quod nulla persona de dicto castro vel habitatrix ipsius audeat nec presumat aliqua infrascriptarum festivitatum aliquod laboritium facere, nec salmam in sua bestia deferre sub infrascriptis penis. Videlicet in festivitatibus beate et gloriosissime virginis Marie, videlicet in nativitate, adnuntiatione, purificatione, et assumptione, in nativitate sancti Ioannis Baptiste, quod festum est de mense Iunii, in festo sanctorum Petri et Pauli de dicto mense, in conversione sancti Pauli, et aliis festis aliorum apostolorum in festo sancti Michaelis Archangeli de mense Septembris. In festo Corporis Christi quod est de mense Iunii. In festo Epiphanie de mense Ianuarii, in duobus diebus sequentibus

diebus natiuitatis domini nostri Iesu christi, et in duobus sequentibus Paschatis resurrectionis, &
paschatis pentecosten, et in festo admirabilis ascentionis domini nostri Iesu christi contrafaciens sol
uat pro qualibet dictarum festiuitatum et qualibet uice, et pro qualibet bestia portante salmam decem
solidos den. In festiuitatibus circumcisionis domini et sancti Antonij de mense Januarij similis
pena soluatur, in alijs uero festiuitatibus infrascriptis et declaratis soluat contrafaciens quinque sol.
videlicet sancti Benedicti quod est de mense martij, et omnibus diebus ueneris dicti mensis, dies ueneris
ante pascha resurrectionis sancti Marci de mense aprilis sancte Crucis de mense maij, et mensis sep
tembris sancte christine de mense maij sancti Laurentij sancti Leonardi sanctorum Bordoni
& Macharij sancti Georgij sancti Luce sancti Saluatoris sancti Rocchi sancti Sebastiani sancte
Marie Magdalene sancti Martini sancti nicolai sancte Lucie sancte catherine, exceptis quod in dictis
festiuitatibus et qualibet earum liceat unicuique persone graue pondus lignaminum siue lapidum conducere
et in edificio ponere et alture opus comunis et ecclesie et quodlibet ipsorum sine pretio facere. cum bestijs
sarcinatis redeunti ad castrum nostrum, si eadem die non secesserit a dicto castro presens capitulum non
habeat locum in festiuitate beate Marie uirginis, apostolorum, euangelistarum sequentium, ueneris sancti
ante pascha sancti Joannis Baptiste ascentionis corporis christi et alijs sollemnioribus festiuitatibus superius
declaratis et hoc intelligatur tantum de reuersione cum salmis. Liceat tamen in dictis festiuitatibus et qualibet
earum exceptis festiuitatibus sancte Marie bladum uentilatum siue purgatum ab area apportare, et in area
purgare. In festo uero sancte Marie Magdalene liceat facere predicta et laborare pro recollectione bladi,
et in omnibus supradictis festis liceat facere prout licet in die dominico :·

De pena blassfemantium deum uel sanctos C.xix.

Omnipotentem deum dominum nostrum Iesum christum, beatam et gloriosam uirginem Mariam, aut alterum
ipsorum maledixerit condemnetur in decem libris denariorum, que pena prout tangit solui possit ante senten
tiam et pronuntiari per potestatem super dicto processu non esse procedendum ad ulteriora contra illum qui
ante sententiam soluerit et hoc quia solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio declarata causa in
dicta sententia quia soluit ante sententiam, si quis uero alterum ipsorum uel omnes uno uerbo sconfixerit
adontauerit uel addospectauerit qualibet uice soluat sine aliquo processu dummodo quod tunc legitime constet
tres libras den. si quis iurauerit per corpus sanguinem inscera aut aliquem membrum ipsorum uel
alicuius eorum pro quolibet iuramento soluat quinque sol. si quis uero aliquem sanctum uel sanctam
dei maledixerit, aut omnes insimul maledixerit, si aliquem ipsorum maledixerit soluat pro qualibet
et qualibet uice decem sol. den. si omnes insimul soluat XX^ti^ sol. si quis aliquem sanctum uel sanctam

si confixerit ad contauerit uel addespectauerit pro quolibet et qualibet uice solidos quinque soluat. si
omnes insimul sol. decem soluat. Si quis iurauerit per aliquod membrum alicuius sancti uel sancte
soluat sol. tres den. pro quolibet iuramento ..

De modo procedendi in causis maleficiorum C XX

Super maleficijs que comittens condemnari debet, potestas nostri castri qui pro tempore erit teneatur et
debeat contra omnes et singulos dicta maleficia seu alterum ipsorum committentes procedere per inquisitionem
uel per accusationem. si accusa producta fuerit in Scriptis cum tenore maleficij cum dicta ratione ipsius
maleficij et loci et temporis comissi, in qua inquisitione omnia maleficia eodem loco et tempore commissa
contineri possint, et etiam plures inquisiti quotquot essent. qui inquisiti citentur per baylum comunis
ex commissione vicarij uel potestatis personaliter uel domi eorum solitarum habitationum, quatenus
secunda die post citationem de eo uel de eis factam, compareant coram ipsis potestate et vicario. siue
altero eorum ad se excusandum a dicta inquisitione et contentis in ea. qui inquisitus si non comparue
rit de mandato et commissione dicti potestatis seu vicarij per baylum dicti comunis exbanniatur in platea
dicti comunis de dicto castro et eius districtu in illa quantitate in qua condemnandus ueniret secundum
formam presentis statuti. in quo banno unius diei terminus assignetur a die notificati banni, quod ban
num per dictum baylum comunis dicto bannito personaliter uel domi eius solite habitationis no
tificari uolumus et terminum antedictum. in quibus terminis si dictus inquisitus non comparuerit
uel alia legitima persona pro eo, habeatur pro confesso et conuicto de omnibus et singulis in dicta
inquisitione contra eum contentis. Si uero elapsis dictis terminis comparuerit ipse uel alter
pro eo usque ad sententiam inclusiue, et omnia contenta in inquisitione contra eum formata
confitebitur. recipiatur ad excusationem, alias non. in qua excusatione nullus terminus assi
gnetur ad suam defensionem faciendam, immo facta excusatione condemnari possit. Si uero
dictus inquisitus, uel alia legitima persona pro eo in dictis terminis seu altero ipsorum compa
ruerit, et se excusare uoluerit a dicta inquisitione, per notarium dicti comunis legatur et uulga
rizetur dicta inquisitio de uerbo ad uerbum, ad ipsius excusantis plenam et claram intelligentiam,
qui notarius scribat apud acta dicte curie responsionem dicti excusantis. prout confitebitur
uel negabit, iurando prius corporali iuramento de ueritate dicenda et respondenda super dicta
inquisitione et contentis in ea. qui inquisitus facta dicta responsione, promittat parere mandatis
curie, et soluere omnem quantitatem quam uigore dicte inquisitionis secundum formam

Iuris et statutorum dicti castri soluere teneretur et dare teneatur idoneum fideiussorem de observando ea que ipse inquisitus observare tenetur, qui fideiussor sic promittat se principaliter obligando, quem fideiussorem si dictus excusans tempore facte excusationis et promissionis non dederit, non habeatur pro excusato, immo sit contumax dictis terminis elapsis, cui excusato curia det et prefigat terminum octo dierum tunc proxime futurorum ad omnem suam legitimam defensionem faciendam, quibus octo diebus elapsis si nulla defensio legitima facta fuerit, potestas faciat sententiam super ipsa inquisitione prout iuris fuerit. si uero excusans negauerit contenta uel aliquid de contentis in dicta inquisitione, curia faciat citare testes ad probationem dicte inquisitionis et contentis in ea, quibus comparentibus iurent de ueritate testificanda super dicta inquisitione et deponant infra octo dies a die facte excusationis, quibus octo diebus elapsis processus publicetur et aperiatur, et detur terminus dicto excusato licet absenti trium dierum ad opponendum contra dictos testes et eorum dicta et attestationes et totum processum, quibus tribus diebus elapsis nil opponi possit et super ipso processu procedatur ad ulteriora prout postulat ordo iuris, qui potestas teneatur sub pena prestiti iuramenti et pena decem librarum pro qualibet qua contrafecerit omnes repertos culpabiles condemnare secundum formam iuris et tenorem presentis statuti, et non repertos culpabiles absoluere in scriptis, et omnes processus infra sex menses a die initiati processus per diffinitiuam sententiam uel debitam pronuntiam terminare, ordinantes quod potestas et vicarius nostri comunis, seu alter ipsorum nullo quesito colore possit procedere, cognoscere, punire, uel aliquam penam auferre pro quauis re quomodolibet dicto seu facto, commissa uel obmissa, facta uel non, dicta uel non, nisi per unum mensem tantum ante suum introitum et officium supradictum, nec pro aliquo seu de predictorum cognitum fuerit per aliquem eorum antecessorem de qua punitione et pena et solutione stetur et credatur simplici uerbo uicarii qui fuit de anno proxime elapso et etiam arrationatorum qui electi fuerint pro illo anno quo steterunt in officio prefati potestas et uicarius, et si contra factum fuerit non ualeat nec teneat ullo modo :.

De Testibus c. xxv^a

Testis si quis citatus fuerit per baiulum comunis de commissione potestatis uel vicarii personaliter uel domi eius solite habitationis, duabus citationibus si domi, si personaliter sufficiat una citatio, et non comparuerit in termino per curiam assignato tam in ciuilibus quam in criminalibus causis, aut comparuerint et deponere recusauerint quicquid de hiis super quibus examinati fuerint, soluat nomine pene quilibet testis xl^ta solidos et nihilominus deponere et attestare teneatur sub dicta pena, saluo quod si ipse testis fuerit absens, donec fuerit absens non teneatur ad penam, immo curia si ob defectum dicti absentis probare nequiuerit contenta in inquisitione super qua dictus absens fuerit inductus, pronuntiare

~ De uendentibus vinum ad minutum C xxx

Tabernarii omnes et singuli uinum uendentes ad minutum in nostro castro uel eius districtu tene
antur ipsum uinum uendere singulis petentibus successiue cum mensuris iustis et sigillatis sigillo cois
Spoleti pro illo pretio quod sibi uendenti placuerit, additio quod unum et idem uinum non uendat
uariis pretiis, et si uario pretio uendiderit soluat uice qualibet quinque sol. Qui tabernarius l debeat
ad minus retinere in sua taberna has mensuras vz petittum medium et foglietam quas men
suras bene implere teneatur et debeat usque ad summum ad penam decem sol pro qualibet uice
qua contrafecerit, quibus tabernariis si credentiam fecerint alicui de uino ad minutum uendito
ultra decem sol non reddatur ius de dicta credentia.

~ De molendinariis C xxxi

Molendinarii molendinorum nostri teritorii debeant in dictis molendinis retinere mensuras iustas
cum quibus accipiant eorum molturam, videlicet de triginta mensuris grani quod macinaverint una
mensuram accipere pro eorum labore de aliis bladis de uigintiquatuor unam et non plus, et contra
faciens soluat uice qualibet sol decem denariorum :-

~ De macellariis et uendentibus carnes ad minutum C xxxii

Macellarius et quilibet uendens carnes recentes in nostro castro ipas carnes uendere teneatur
singulis petentibus pro uno et eodem pretio, et pro illo pretio quo similes carnes uenduntur in
ciuitate Spoleti, minus sive detracta gabella que pro dictis carnibus soluitur in ciuitate Spoleti,
ad pondus iustum, exceptis carnibus bouinis, quas quilibet uendere possit pro suo libito vo
luntatis, et dictus uenditor non ponderet cum dictis carnibus caput nec gambas et pedes a
genu sive iunctura infra contrafaciens soluat uice qualibet quinque sol :-

~ De penis dupplicandis C xxxiii

Committentibus aliquod maleficium noctis tempore aut contra potatum uicarium uel notum
nostri cois dum essent in officio aut in Arenga aut in ecclesia quando diuinum officium celebratur,
aut ad nuptias quando comederetur, aut quando fieret aliquod lamentum sive in loco lamenti esset
ultra quindecim homines, penas dupplicari uolumus et mandamus in singulis capitulis
huius statuti :-

8v

De intersicientibus bestias grossas et minutas C xxxiiij

Bestiam grossam alienam siquis malitiose et studiose occiderit contra voluntatem patroni ipsius bestie soluat xlta sol. si bestiam magagnauerit soluat xx sol. si bestiam minutam ut supra dictum est occiderit soluat decem sol. si magagnauerit soluat quinq. sol. que pene solui non debeant nisi delinquens fuerit a domino bestiarum occisarum uel magagnatarum vicario dicti castri accusatus, et in utroq. casu dictus delinquens damnum emendet patienti in duplum eius quo dicta bestia ualeret si petitum fuerit a damnum passo. columbas uero columbarij si quis ceperit, soluat uice qualibet duos solidos et damnum emendet ut supra :-/

De opponentibus se Bay° comunis C xxxv

Quando Bayulus nostri comunis iuerit ex comissione sibi a Curia dicti castri facta pro aliqué grauando, siue pignus uel tenutam auferendo uel capiendo, siquis sibi studiose opposuerit, non permittendo fieri que dicto Bayulo comissa fuerint, soluat uice qualibet xx sol. denariorum, de qua oppositione credatur relatione Bayuli antedicti fiende per eum vicario dicti cois quia assiduus est in nostro castro :-/

De pena occupantium possessiones et res cois C xxxvj

Possessionem aliquam nostri comunis siquis studiose occupauerit et occupatam detinuerit condemnetur in decem libris et in reassignatione dicte possessionis, si uero dictam possessionem reassignauerit et in statum pristinum reposuerit infra tres dies a die sue excusationis soluat de facto xlta sol. et non plus, exceptis apprehensionibus viarum, seu alicuius partis vie, et etiam rerum mobilium, qui teneantur ad illam penam que eis mandata fuerit :-/

De pena extrahentium terminos malitiose C xxxvij

Aliquem terminum inter suam possessionem et consortis siquis inique et studiose extraxerit ut mutauerit, si accusatus uel denuntiatus fuerit a suo consorte coram potestate et vicario, condemnetur in decem libris den. et in reimissione dicti termini, si uero accusatus non fuerit, sed aliter ad notitiam Curie peruenerit, soluat pro quolibet termino extracto uel mutato xx sol. et nihilominus dictus terminus extractus uel mutatus reponatur in loco pristino per illum qui eum mutauerit :-/

De Beneficiis C XXXVIII

Si quis in iudicio tempore sue excusationis fiende coram curia nostri castri super aliquo maleficio et criminali processu delictum de quo inquiritur et proceditur contra eum sponte confessus fuerit in totum uel in partem, de eo quod confessus fuerit quarta pars pene remittatur si idonee satisdederit, si quis uero suam condemnationem soluerit infra terminum decem dierum a die late sententie contra eum, remittatur sibi quarta pars sue condemnationis. Pacem si quis habuerit ab illo contra quem commissum fuerit maleficium uel delictum de quo proceditur contra eum, et de ipsa pace fidem fecerit curie in dictum terminum decem dierum per testes uel publicum instrumentum, remittatur sibi propter dictam pacem tertia pars sue condemnationis. que fides facta de dicta pace scribatur per notarium apud acta dicti comunis, et etiam fieri possit dicta fides per publicum notarium qui asserat se fuisse rogatum de dicta pace, et ad hoc ut dictus condemnatus per ignorantiam non ledatur, citari uolumus personaliter uel domi si fuerit terrigena ad sententiam audiendam, si uero fuerit forensis notificetur sibi per litteras curie scilicet potestatis uel uicarij, qualiter tali die fuit condemnatus in tanta quantitate, alias dictus terminus decem dierum non currat :-

De officio et salario Potestatis C XXXIX

Officium potestatis nostri castri duret uno anno incipiendo in calendis nouembris et finiendo feliciter prout sequitur, quo tempore idem potestas sue potestarie officium exercere teneatur et debeat prout postulat ordo iuris, forma presentis statuti et bona consuetudo hactenus obseruata, qui potestas habeat pro suo salario quinque libras den. quas camerarius nostri comunis in fine sui officij soluere teneatur sine alia deliberatione de pecunia dicti comunis. habeat etiam dictus potestas medietatem omnium et singularum quantitatum quas nomine pene peruenire fecerit durante tempore sui officij ad manus camerarij supradicti, aliter non. et nihil aliud petere possit a dicto comuni, specialibus personis eiusdem aut aliqua alia persona uigore dicti sui officij, et in fine sui officij de omnibus que receperit sindico dicti comunis uel alteri recipienti pro eo uice et nomine dicti comunis et aliarum personarum quietationem facere teneatur, cum rogatione notarij et quia forte idem potestas esset nimis auidus circa penarum exactionem, uolumus quod ipse potestas durante tempore sui officij nullam personam cogere possit ad aliquem accusandum seu denuntiandum de aliquo maleficio, et si secus factum fuerit talis accusatus uel denuntiatus ad penam aliquam nullatenus teneatur :-

De pena turbantium aliquem in possessione c xl

Aliquis in sua possessione alicuius rei mobilis si quis appensate turbaverit aut molestaverit, vel domus vel tenute sibi date auctoritate curie, ipas vel aliquam ipsarum devastando manu aliter in aliqua parte ulr possessionis, domus vel tenute, aut fructus ipsarum vel alicuius earum desferendo in totum vel in partem animo et intentione privandi de ipa possessione vel parte ipum possidentem iure dominy vel quasi in decem libris per curiam condemnetur et in restitutione dicte possessionis, quam si non restituerit infra terminum sibi per curiam statuendum, in alys decem libris similiter condemnetur, et in dicta restitutione ut supra dictum est, super quibus procedi non possit nisi per accusationem in scriptis productam per dictum molestatum :./

De pena imittentium ignem in possessione, seu domo alicuius studiose c xli

Cassa ga est a casib[us] [illegible] ido n[on] [illegible] ad statuta [illegible] s[upe]r[iori]s a pena Incedy

Ignem in possessione alterius si quis imiserit, solvat pro qualibet vice et qualibet possessione xx sol, si in sua possessione quis ignem imiserit et dictus ignis combureret possessionem alienam, pro qualibet aliena possessione sic combusta solvat dictus imittens quinque sol, et in utroque casu damnum emendet patienti, si autem in domo alicuius quis ignem studiose imiserit condemnetur in quinquagínta libris den, si in cappanna imiserit condemnetur in xx libris et in utroque casu in duplum emendationis damni quo res combusta valebat :./

De pena metentium vel falcantium fenum in montibus cois c xlii

In montibus nostri comunis custoditis pro feno fiendo, nulla persona aut erbam metere sive falciare ante licentiam concessam per vicarium sive consiliarios nostri comunis, contra faciens solvat xlta sol den, et ad similem penam teneatur predicta vel aliquod predictorum comittens in montibus sive pratis alys ad fiendum fenum alicuius forensis, tam comunis quam specialis persone et damnum emendet patienti :./

De pena incidentium arbores in infrascriptis silvis c xliii

De pena incidentium arbores spetialium personarum C xl iiij

[illegible] fru[illegible] [illegible]ferram alienam si quis inciserit soluat penam viginti sol. pro qualibet ipsarum ar-
[illegible] [illegible] silu[illegible] [illegible]eri si quis inciserit, pro qualibet salma lignorum soluat quinque sol. et in utroque
cas[illegible] [illegible]num emendet patienti in duplum :·

De pena facientium [illegible]urum, limitem siue fractam in eis cois C xl v.

[illegible] [illegible]urum, fractam aut aliquem ipsorum si quis edificauerit uel fecerit in aliqua
[illegible] dicti communis, seu iuxta ipam uiam sine licentia uiariorum seu alicuius ipsorum, nisi prius ter-
minata esset per uiarios dicti communis uel ipsorum alterum soluat uice qualibet decem sol. &
[illegible] quod fecerit in detrimentum dicte vie remouere teneatur, ipam uiam in statu pristino reducendo
infra terminum sibi datum per dcos viarios seu alterum ipsorum ad penam in mandato sibi facto
contentam, saluo quod occasione alicuius volte sine cauatine fiende subtus terram in aliqua via
reducendo ipam viam in statu pristino in termino sibi dato per dcos viarios uel aliquem ipsorum
penam aliquam uolumus non auferri ;·

De habentibus domos intus castrum coopertas palea C xl vj

Aliquam domum coopertam de paleis non in[illegible] intus nostrum castrum si quis habuerit, uel
cum pariete de frondibus, pro qualibet domo xl sol. soluere teneatur, et illud inde remouere
infra terminum per curiam statuendum ad penam in mandato contentam, et similiter ad
dictum remotionem et penam teneatur si quis intra nostrum castrum habuerit filices supra
tectum alicuius domus a Klendis mensis may usque ad Klendas mensis nouembris tunc prox-
sequentis ad eandem penam teneatur ;·

De facientibus vias maltiosas C xl vij

Viam maltiosam per possessionem bladatam alicuius si quis fecerit, et accusatus fuerit a
dno siue laboratore ipius possessionis, si cum bestia seu bestijs soluat vice qualibet duos sol.
et damnum emendet patienti, si sine bestijs soluat vice qualibet xij denarios ;·

De asportantibus aratum alienum C xl viij

Aratum alienum si quis sine licentia patroni de possessione ipius patroni propria uel conducta
portauerit, et eadem die non reportauerit ad illum locum, soluat vice qualibet qua abstulerit quinque sol.

MV

De possessionibus non habitantium in castro Signi C. xlviii

Possessiones alicuius nostri comunalis non habitantis in nostro castro, et si quam possessionem sive domum in nostro catasto repertam, si quis laboraverit aut tenuerit non pro sua et ut rem suam teneatur et debeat solvere omnes et singulas collectas tangentes dicto non habitanti, si coptimum sive terraticum dicte possessionis et pensio dicte domus sufficiat ad dictas collectas solvendum. Si vero non sufficeret, solvat id quod capit dictum terraticum, coptimum sive pensio, qui detinens realiter et personaliter cogatur ad dictam solutionem faciendam, quam minime recusare possit. /

De divisionibus inter consortes C. L

Quilibet de nostro castro teneatur et debeat cum bono effectu ad petitionem et requisitionem sui consortis bonorum comunium inter eos fiende divisioni consentire, divisores unum vel plures ponere et eligere et nominare quandocunque per suum consortem coram curia petitum fuerit infra terminum a curia statuendum teneatur, ad penam XX sol. quos recusans dictos divisores eligere solvere teneatur. Si vero aliquis legitime citatus fuerit coram curia ad petitionem sui consortis occasione alicuius divisionis fiende de aliqua re comuni inter eos, et non comparuerit coram ipsa curia in termino citationis, comparente actore, contumaciam incusante et petente, vicarius nostri comunis teneatur et debeat pro parte talis contumacis eligere divisorem, qui sic electus habeat auctoritatem ac si electus fuisset proprio a principali. Si vero dictus citatus occasione predicta fuerit absens a nostro castro, prius incusata contumacia contra eum statuatur sibi terminus decem dierum ad faciendum dicto actori ea que facere tenetur occasione predicta, qui terminus notificetur per bayulum comunis domi dicti absentis vicinis audientibus, vel alio de familia dicti absentis, alias dictus terminus non currat, quo termino elapso iterum citetur ad petitionem dicti actoris, et si non comparuerit ipse vel alter legitimus pro eo, vicarius et consiliarii aut maior pars dictorum consiliariorum cum dicto vicario teneantur et debeant pro parte dicti absentis divisorem eligere et nominare, qui divisor sic electus, et alter electus a dicto actore habeant arbitrium et baliam petitam divisionem per actorem bene et diligenter facere, prestito per eos iuramento corporali, et ipsa divisio sic facta valeat et teneat pleno iure, teneantur etiam dicti divisores dictam divisionem facere infra terminum et ad penam per curiam declarandam, quam penam de facto solvere teneantur et dictam divisionem facere, et si divisores fuerint discordes eligatur tertius per curiam, et talis ordo servetur in terminatione possessionum collateralium. /

De proicientibus menatorium siue cenum in possessione alicuius C Li

Si quod menatorium siue cenum in possessione alicuius si quis proiecerit uel emiserit contra uoluntatem domini ipsius possessionis, aut in aliqua uia publica uel uicinali, soluat uice qualibet sol. quinque et remoueat quod proiecerit, et quod de ceno dictum est, intelligatur de carnibus morticinis :-/

De componendis et sedandis inimicitiis et treguis faciendis per uicarium & consiliarios dicti castri cum potestate confinandi C Lij

Quotienscumque quod absit, inter aliquas personas de nostro castro accideret aliquod periculosum maleficium, siue delictum, aut aliqua grauis inimicitia, propter quod dubitaretur statum nostri comunis posse diminui, uel turbari, vicarius et consiliarij dicti castri una cum illis hominibus quos cum eis vocare uoluerint, possint et ualeant auctoritate presentis statuti inter dictos inimicatos Treguas quas eis uidebitur inducere, et pacem fieri facere, partium aliquam et ambas confinare, pro ut eis, aut maiori parti eorum uidebitur fore bonum, ac etiam penas imponere & inobedientes punire, et omnia alia in predictis et circa predicta ordinare, reformare & facere pro bono pacis et concordie dicti comunis et ipsarum partium, que Arenga tota dicti castri ordinare et reformare ac exercere potest seu posset

De pena non sumentium arma de mandato vicarij & consiliariorum C Liij

Pro defensione personarum, rerum et bonorum nostri comunis statuimus & ordinamus, quod omnes et singuli homines dicti castri quibus pro parte vicarij & consiliariorum dicti comunis mandatum siue impositum fuerit quod habeant certa arma eis tempore facti mandati declarata, illi tales quibus mandatum fuerit, ut dictum est teneantur & debeant predicta arma propria eorum habere, et de eis qualibet vice ad vocem Bayuli nostri banimentis monstram facere secundum tenorem banimenti ex commissione premissorum vicarij et consiliariorum facti, contrafaciens vero pro qualibet arma et qualibet vice xx. sol. denariorum soluere teneatur :-/

De pena cauantium in carbonarijs comunis C Liiij

In Carbonarijs nostri castri uel aliqua ipsarum, nulla persona audeat sine licentia vicarij cauare uel cauari facere lapides uel Arenas, et contrafaciens soluat uice qualibet xx. sol. den. :-/

12v

De pena mensurantium aliquid aliter q(uam) cum mensuris dicti castri C Lv

Item statuimus et ordinamus q(uod) nullus forensis audeat mensurare in nostro castro vel eius districtu aliquam generationem bladi cum alijs mensuris q(uam) cum cuppis dicti co(mun)is ad penam decem sol(idorum) pro qualibet vice, qui forensis pro qualibet cuppa bladi a pane soluat commissionem habenti a dicto comuni sex den(arios), pro qualibet alia cuiuscumque alterius bladi seu rapparum, glandium et his similium soluat duos den(arios) contrafaciens soluat vice qualibet XX sol(idos), quam mensuraturam Vicarius dicti comunis cum consensu consiliariorum coptimare possit pro illo anno durante suo offitio cui uolu-erint et pro eo pretio quod eis uidebitur fore iustum, que mensure sive cuppe debeant esse iuste secundum mensuram comunis Spoleti et sigillate sigillo dicti comunis, quibus mensuris iustis et semel unico sigillo co(mun)is Spoleti sigillatis, innouatione alterius sigilli non egeant, nec eis re-quiratur, et simile intelligatur de mensuris a uino et alijs ponderibus :·/

De bestijs forensibus damnum dantibus transeundo C Lvj

Cum per bestias forenses transeuntes per montes et alia loca nostri comunis et possessiones spetialium personarum eorundem, consuetum sit maximum damnum dari in erbis et pascuis dicti co(mun)is et spetialium personarum, quorum occasione bestie hominum dicti comunis non modicum recipiant detrimentum, quia erbarum non inueniunt copiam sicut ante, et per consequens homines dicti castri non modicum damnum recipiant et iacturam. Pro restauratione ergo et emendatione damni prefati statuimus, uolumus et ordinamus q(uod) omnes et singuli conductores bestiarum predictarum teneantur et debeant pro emendatione dicti damni per eorum bestias facti soluere Camerario dicti Comunis uel altero commissionem habenti pro qualibet centinario be-stiarum pecudinarum et caprinarum octo sol(idos) den(ariorum), pro qualibet centinario porcorum duodecim sol(idos) pro qualibet alia bestia non portante sellam, bastum uel salmam XII den(arios) exceptis Spoletinis qui ad dicti damni emendationem no(n) teneantur, liceat enim transeuntibus per nostrum Teritorium pasculare per unum diem et noctem. Refutans uero supradictam emendationem facere realiter et personaliter compellatur ad soluen(dum) que tenetur, de numero uero dictarum bestiarum stetur sacramento conducentium si non concordaret sine iuramento, liceat enim omnibus et singulis nostris terrigenis cum eorum bestijs pasculare per loca non prohibita per formam presentis statuti :·/

De luminaria facienda per comunem ecclesie S. Salvatoris C Lvij

Ad laudem et reverentiam omnipotentis dei, gloriosissime virginis eius matris et omnium sanctorum et sanctarum dei statuimus et ordinamus quod Camerarius nostri comunis qui pro tempore erit teneatur et debeat quolibet anno expensis dicti comunis dare et mensurare Rectoribus ecclesiarum sancti Salvatoris et sancti Georgij de dicto castro unum caldarellum olei puri, boni, et mixti pro qualibet dictarum ecclesiarum pro accensione spe[r]arum dictarum ecclesiarum, Teneatur etiam expensis dicti comunis quolibet anno in festivitatibus sancti Salvatoris et sancti Georgij dare dictis ecclesijs unum Cereum cere nove pro qualibet ipsarum ponderis quinque librarum cere pro quolibet cereo, que Cerea comburantur in dictis ecclesijs dum in eis divina celebrantur officia, et semper finito officio reponatur in cassa comunis pro necessitatibus que cotidie eve[n]ire possunt, et Camerarius qui predicta congruis temporibus non fecerit neque adimpleverit teneatur de suo proprio facere et adimplere, et contra eum rectores dictarum ecclesie plenariam habeant actionem :

De Custodia castri C · L vij

Pro custodia nostri castri, personarum et rerum eiusdem statuimus et ordinamus quod omnis homo de dicto castro maior quindecim annis valens facere opus et factum suum, teneatur et debeat facere custodiam de die et nocte intus et extra pro ut sibi mandatum fuerit per dictum comune, et omne aliud exercitium dicti comunis pro ut sibi tangnet et hebit in man[da]tis facere teneatur per se vel ydoneum cambium, totiens quotiens per dictum comune fuerit ordinatum, Exceptis vicario et baiulo dicti Comunis qui durante tempore eorum officij ad predicta facienda minime teneantur, Super quibus dictis vicario et consiliarijs comunis plenam potestatem, auctoritatem, et Arbitrium concedimus, atque damus cum solutione illarum penarum que per eos in predictis et quolibet predictorum adiecte et declarate fuerint :

De Iuratis secretis et eorum officio C Lix

Ad hoc ut maleficia non remaneant impunita, et pro inventione ipsorum maleficiorum statuimus et ordinamus quod vicarius et Consiliarij nostri Comunis infra mensem post eorum introitum teneantur et debeant eligere et nominare sex homines de dicto castro, quorum quilibet sit

13v

maior uiginti annis, in secretos iuratos et custodes dicti castri et comunis eiusdem, qui sex homines sic electi teneantur referre uicario et notario nostri comunis uel eorum altero omnes et singulas personas quas uiderint, seu audiuerint facere uel dicere contra formam presentium statutorum, criminaliter ex extraordinarie et in dampnis datis, pro illo anno quo dictus uicarius est in suo officio uicariatus. Teneantur etiam iurare ad sancta dei euangelia corporaliter manu tactis scripturis, facere et dicere legaliter bona fide et sine fraude omnia que ad suum pertinent officium, et dictum officium eorum alicui non manifestare. Si quis uero sic electus dictum officium exercere noluerit et iurare recusauerit, quolibet mense quo steterit non iuratus postquam per notarium fuerit requisitus soluat x sol. Quorum iuratorum relationibus et cuiusque ipsorum plenam uolumus dari fidem, et pro legitima probatione habeatur, nisi contrarium legitime probaretur. Teneantur etiam dicti custodes in eorum relationibus declarare locum et tempus, si recordantur tempore commissi delicti, ac etiam quibus presentibus. Addentes quod in dicto officio custodum non possit eligi et si eligeretur ipsa electio sit nulla, aliquis qui fuerit custos de anno proxime preterito, nec aliquis alius de sua familia, et ad hoc ut in dicta electione non committatur error, nec aliquis possit a dicto officio se indebite excusare, antecessor dicti uicarii eligentis assignet ipsi uicario in scriptis omnes illi qui dicto preterito anno custodes fuerunt.

De conseruandis scripturis publicis dicti castri C L x.

Omnes et singule scripture publice nostri comunis et etiam alie res mobiles que in camera nostri comunis reperientur, sint et esse debeant sub custodia et in gubernatione camerarii, quas per inuentarium accipere et reddere teneatur.

Quod certis temporibus non possit procedi in ciuilibus neque in criminalibus causis C L xi

Quia infrascriptis temporibus homines et persone nostri castri circa recollectionem bladorum et uini uacare oportet sine temporis perditione, idcirco statuimus et ordinamus quod a kalendis mensis iulii usque ad calendas mensis septembris in criminalibus et ciuilibus causis uel altera ipsarum procedi non possit, ac etiam in festiuitatibus natiuitatis domini nostri Iesu Christi tribus diebus ante dictam festiuitatem et tribus, nec etiam in ciuilibus causis procedi possit in diebus dominicis, Paschalibus, festiuitatibus beate Marie uirginis, apostolorum et euangelistarum, et omnium aliarum festiuitatum, que custodiri deberent per formam presentium statutorum, et si processum

fuerit dictis temporibus exclusis, dictus processus non valeat nec teneat ullo modo, nec sententia executioni possit, et presens capitulum nullatenus per nostrum commune cassari volumus, nisi cum totum presens statutum denuo reficeretur .·.

~. De custodiendo die sabbati post vesperas c. Lxij

Aliquo die sabbati post secundam vicem qua pulsatur ad vesperas in nostro castro videlicet campana maioris ecclesie sancti salvatoris dicti castri nulla persona audeat laborare, nec aliquod laboritium manuale facere, nec salmam in aliqua bestia deferre, nisi ipsam bestiam sarcinatam habuerit quando pulsatur dicta secunda vice. liceat tamen omnia illa facere que fieri permittuntur supra in capitulo de festis custodiendis, et salmam bladi purgati ab area ad nostrum castrum reportare, contrafaciens solvat pro qualibet vice et qualibet bestia portante salmam, nisi ut dictum est sol. quinque den. .·.

~. De facientibus sulcum usque in possessionem consortis c. Lxiij

Sulcum in sua possessione si quis fecerit, aut quomodocumque factum usque in possessionem sui consortis si quis exboccaverit prope dictam consortis possessionem per quattuor pedes per tichos, et accusatus fuerit a domino sive laboratore dicte possessionis, quam fuerit exboccatus, pro quolibet sulco solvat quinque sol. et reducat ipsum sulcum ad statum pristinum in termino sibi per curiam statuendo .·.

~. De eligendo sanctesio et eius officio c. Lxiiij

Pro conservandis rebus mobilibus supradictarum nostrarum ecclesiarum sancti salvatoris et sancti Georgij volumus et ordinamus quod vicarius et consiliarij dicti communis infra unum mensem post eorum introitum teneantur eligere unum hominem de nostro castro pro qualibet dictarum ecclesiarum in sanctesem, si qua dictarum ecclesiarum sanctesem non haberet, aut quem haberet placuerit renovare. Cui sanctesio quilibet videlicet in sua ecclesia una cum rectore ipsius habeat curam de rebus mobilibus dicte ecclesie, et ipsas manutenere et conservare, possint etiam in utilitatem dicte ecclesie convertere prout eis videbitur fore bonum .·.

~. De pena damnundantium manualiter vel cum bestijs in blado alieno c. Lxv

~. Damnum manualiter si quis dederit in bladis, feno, erbis, rapis, legumine, fructibus arborum

aut aliquo ipsorum, sine licentia ipsorum domini, soluat uice qualibet quinque sol. Si in orto alieno quis manualiter sine licentia patroni damnum dederit, soluat uice qualibet decem sol. Si bestia grossa damnum dederit in supradictis bonis aut aliquo ipsorum, soluat pro qualibet bestia xii den. exceptum in erbis in quibus non intelligatur damnum fuisse datum, nisi esset dicta erba siccata uel gessata, aut solutum fenum facti; bestia minuta si qua damnum dederit in supradictis bonis aut aliquo ipsorum, exceptis dumtaxat soluat pastor pro qualibet bestia quattuor den. Si in orto aliqua supradictarum bestiarum damnum dederit, soluat in duplum penam. Si bestia caprina aut porcus damnum dederit in orto computetur pro bestia grossa. In quibus penis teneri uolumus pastores dictarum bestiarum, si autem pastorem non habuerint, teneatur patronus ipsarum, et in singulis casibus supradictis damnum emendet patienti ille qui tenetur ad penam :-

De pena damnum dantium manualiter uel cum bestiis in vineis C Lxvi

Si quis in uinea siue pergula aliena damnum dederit manualiter sine licentia domini ipsius vinee siue pergule, colligendo uuas uel agrestas, soluat uice qualibet decem sol. Si aliud colligerit soluat uice qualibet quinque sol. Si de nocte soluat duplum. Si quis uero uineam alicuius manualiter et studiose in totum uel in parte devastauerit, condemnetur in xxv libris den. Si pergulam condemnetur in decem libris den. et in singulis casibus predictis damnum emendet patienti in duplum. Bestia grossa siue caprina si qua damnum dederit in uinea seu pergula soluat duos sol. alia bestia minuta soluat xii den. ad quam penam teneantur pastores ipsarum qualibet uice et pro qualibet uinea siue pergula. Si pastorem non haberet teneatur patronus ipsarum. Si canis damnum dederit a calendis mensis septembris quousque fuerint uue, soluat dominus canis pro qualibet uinea et qualibet uice decem sol. et damnum emendet ut supra. Insuper ad tollendam materiam dictorum damnorum a bestiis inferendorum, uolumus quod nulla bestia, exceptis bestiis a salma et bobus cum quibus araretur intra confinia infrascripta possit nec debeat pasculare ullo tempore anni.

De extimationibus damnorum datorum C Lxvij

Super extimationibus damnorum datorum tam manualiter quam cum bestijs talis ordo seruetur, videlicet quod baylus comunis ad petitionem damnum passi uolentis et petentis teneatur et debeat ipsum damnum extimare bene et fideliter uirtute sui prestiti iuramenti omni uice qua requisitus fuerit, facta prius commissione sibi baylo per vicarium nostri comunis, dummodo damna data a bestijs fuerint infra mensem, et data manualiter infra duos menses a die petite emendationis, que extimatio sic facta per dictum baylum ualeat et teneat pleno iure, si uero ipse baylus fuerit damnum passus, dictus vicarius committat cui uoluerit dictam extimationem, et quia omnis labor optat premium, uolumus quod dictus extimator habeat pro suo labore ab illo qui dictam extimam fieri petierit pro qualibet extima fienda prope dictum castrum per medium miliare xij den, in alio quocumque loco duos sol, quod pretium una cum extima ueniat reficiendum eidem damnum passo, et si dictus baylus ad dictam extimationem fiendam ire noluerit, soluat uice qualibet quinque sol et dictam extimam facere teneatur :/

De non se absentando a dicto castro qui tenentur facere custodiam C Lxviij

Item statuimus et ordinamus quod nullus homo de nostro castro debens facere custodiam in nostro castro secundum formam presentium statutorum audeat uel presumat se absentare a dicto castro ultra spatium xv dierum sine expressa licentia vicarij nostri comunis. Contrafaciens soluat uice qualibet xl sol. Quicumque uero se absentauerit ultra dictum spatium non relicto idoneo et sufficienti cambio pro suis custodijs in dicto castro et extra faciendis, pro satisfactione custodiarum per eum non factarum tempore quo fuit absens dare et soluere teneatur camerario dicti comunis pro ipso comuni recipienti tantumdem quantum comuniter dabitur per quemlibet alium absentem pro suis custodijs fiendis cambio misso pro eo et nomine pene xx sol pro cambio non relicto soluere teneatur :/

De porcis pasculantibus sine pastore C Lxix

Porcus siue porca pasculans sine pastore per territorium nostri comunis, soluat uice qualibet pro quolibet porco dominus porci duos sol denariorum :/

De expensis fiendis per vicarium in aduentu potestatis C Lxx

Vicario et consiliarijs nostri comunis liceat expendere de pecunijs comunis sine aliqua deliberatione Arenghe pro honore fiendo in aduentu potestatis et suorum sociorum videlicet pro cibo et potu quinque libras denariorum et non plus :/

~ De pena proicientium turpitudinem in fontibus comunis CLXXI

In aliqua fontium nostri comunis si quis aliquam turpitudinem uel sordidam lauandam fecerit aut proiecerit, preter in fontibus in quibus lauare solitum est, soluat quinque solidos pro qualibet uice et quod proiecerit remouere teneatur ad dictam penam :-/

~ De licentia uendembiandi CLXXII

Cum per loca circumstantia in quibus uinee possidentur non sit licitum uineam habenti nisi post certum tempus elapsum dictam uineam uendembiare. Ideo bonam formam statutorum consequi cupientes, statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat uel presumat aliquam uineam uendembiare ante XVI diem mensis octobris contrafaciens soluat uice qualibet XX sol., uuas et agrestas causa comestionis liceat unicuique colligere pro suo libito uoluntatis sine aliqua pena, addito quod uicarius et massarii qui pro tempore erunt possint et ualeant licentiam uendembiandi concedere et dictum terminum prorogare, prout eis uidebitur secundum tempora expedire :-/

~ De non extrahendo bladum extra teritorium Spoletinum CLXXIII.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona de nostro castro audeat uel presumat extra districtum ciuitatis Spoleti extrahere aliquam generationem bladi, contrafaciens soluat uice qualibet .XL. sol. den., excepto quod liceat omnibus extrahere extra dictum districtum Spoleti blada pro seminando possessiones quas nostri castellani laborant extra districtum dicti castri sine aliqua pena :-/

De penis exigendis CLXXIIII.

Quia propter lapsum temporis in faciendo solui penas que solui debentur in nostro comuni aliqua extraordinaria causa uel pro damnis datis possent contentiones alique euenire, uolumus, statuimus et ordinamus quod omnes et singule pene exequende de facto exequi debeant per curiam nostri castri infra tres dies a die commisse cause pro qua aliqua pena de facto exequenda ueniret, si quis uero requisitus per baylum nostri comunis de commissione uicarii dictam penam sibi declaratam non soluerit in termino sibi dato per dictum uicarium, ad solutionem dupli quantitatis in qua fuerit condemnatus per curiam penitus teneatur, quod in solutione collectarum et aliorum coptimorum locum habere non uolumus :-/

De vallario eligendo c. lxxv.

Pro custodia bladorum nostrorum Terrigenorum statuimus et ordinamus quod anno quolibet de mense aprilis vicarius nostri comunis proponat in Arenga nostri comunis de noua electione fienda de uno Idoneo vallario pro quinque mensibus incipientibus in calendis mensis may tunc proxime futuri pro illo salario et illis pactis quibus melius potuerint conuenire, et sicut in dicta Arenga deliberatum fuerit, ita executioni mandetur. Qui vallarius sic electus teneatur emendare omnia damna data in his bladis que custodire promiserit, uel assignare bestias que damnum dederint cum iuramento si petitum fuerit :·

De bestijs forensium damnum dantium c. lxxvj

Bestia si qua alicuius forensis pasculauerit in erbis nostri comunis, aut alicuius nostri castellani aut damnum dederit in bladis alicuius rapis uel fructibus arborum soluat dominus ipsius bestie pro qualibet bestia et uice qualibet v. sol. et damnum emendet patienti secundum formam presentium statutorum, nisi habuerit licentiam a nostro vicario, cui vicario liceat concedere licentiam unicuique forensi de pascurando cum bestijs in illis locis in quibus licet pasculare nostris castellanis. Item cuilibet spetiali persone liceat concedere licentiam forensi de suo proprio uel conducto, ad cuius pene solutionem uolumus non teneri bestias transeuntes per nostrum teritorium, prout supra in capitulo de emendatione damni et pasture de bestijs transeuntibus latius continetur :·

De retrahendo accusationem c. lxxvij

Dum modo non sit ... sanguino[lentu]s et fractura ossis et ab his sup[ra]

Si quis aliquem accusauerit de quocunque malleficio, et dictam accusam retrahere uoluerit, possit dictam accusam reuocare infra quinque dies a die facte talis accuse, et non ultra, pro qua accusa sic reuocata pena nulla tolli possit, nec pro contentis in ea, seu aliquo predictorum :·

De pena dimittentium canes non ligatos per vineas certo tempore c. lxxviij

Canis si quis nisi ligatus a calendis mensis septembris usque quo vinee nostri castri fuerint uendembiate, transiuerit uersus dictas uineas infra que non licet pasculare cum bestijs minutis soluat patronus dicti canis uice qualibet duos solidos :·

16v

Lecta, publicata et declarata fuerunt supradicta statuta et capitula statutariorum per supradictos Christoforum Antonii et Michelangelum Joannis statuta ac supra[illegible] [illegible]
et [illegible] in castro [illegible] [illegible] ecclesie sancti Salvatoris [illegible]
[illegible] in dicta ecclesia congregata, lecta et vulgarizata per me Fabium notarium [illegible]
[illegible] quingentesimo vigesimo nono, indictione [illegible] tempore pontificatus [illegible]
[illegible] clementia divina providentie pape VII [illegible] die
[illegible] ntiba

Et ego [illegible] de Spine districtus Spoleti civis Spoletanus publicus apostolica et imperiali [illegible]
notarius et iudex ordinarius et nunc notarius dicte comunitatis ad supradictum [illegible] et capitula [illegible]
bendum specialiter ad hoc per dictum comune electus et deputatus, dictum statutum et omnia [illegible]
capitula de mandato et dictamine supradictorum statutariorum fideliter scripsi et publicavi [illegible]
consuetum [illegible] subscripsi

Signum mei Fabij notarij antedicti